

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Laibacher Diocesanblatt.

Št. IV.

1896.

Vsebinska: 15. Litterae encyclicae Sanctitatis Suae de praedicatione. — 16. Decretum generale Anniversarii dedicationis ecclesiae. — 17. Festum s. Thomae Cantuariensis ad ritum duplicem minorem pro tota Ecclesia promovetur. — 18. Decretum de celebranda Missa in ecclesia aliena. — 19. Gesetz vom 12. Mai 1896 bezüglich des Verfahrens bei Geltendmachung der Rechtsmittel gegen Entscheidungen und Verfügungen der politischen Behörden. — 20. Gesetz vom 5. Juni 1896 betreffend die Befreiung von aus Anlaß des fünfzigsten Regierungsjahres Sr. Majestät errichteten Stiftungen und Widmungen von den Stempel- und unmittelbaren Gebühren. — 21. Gesetz vom 4. Juni 1882 enthaltend Bestimmungen über die Entbehrlichkeit der Legalisirung gewisser Unterschriften auf Tabularurkunden und anderen Beurkundungen. — 22. Fahrbegünstigung für Katecheten. — 23. Eheschließung im Auslande. — 24. Leo-Gesellschaft. — 25. Razpis I. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove. — 26. Duhovne vaje za duhovnike. — 27. Kanonično obiskovanje in birmovanje. — 28. Konkurzni razpis. — 29. Škofijska kronika.

15.

Litterae encyclicae de s. Praedicatione iussu Sanctissimi Domini Nostri LEONIS PAPAE XIII

a S. C. Episc. et Reg. emanata et missa ad omnes Italiae Ordinarios, atque ad omnes
ordinum coetuumque religiosorum Praesules.

Sanctissimus Pater Leo Papa XIII, cui apostolicum sacrae praedicationis ministerium adeo cordi est, utpote christiano populo, his praesertim temporibus, recte instituendo tantopere necessarium, magno quidem animi sui dolore accepit, in annuntiandis e suggestu fidei mysteriis multa peccari; complures scilicet, aliquot abhinc annis, eosque gravissimos irrepsisse abusus in modum, quibus saepenumero sacra hodie praedicatio spretu digna, aut saltem sterilis ac prorsus inutilis efficitur.

Quapropter antecessorum suorum vestigia premens¹⁾, hanc S. Congregationem Episcoporum et Regularium causis dignoscendis praepositam iussit ad Italiae Episcopos, Praesulesque religiosorum ordinum sese convertere, eorumque vigilantiam ac zelum vehementer excitare, ut quoad per ipsos

fieri potest, huic incommodo remedium afferant, atque illud omnino removendum curent.

Augustis igitur Sanctissimi Patris praeceptis obsequens haec S. Congregatio Rmis Episcopis ac regularium ordinum, coetuumque ecclesiasticorum Praesulibus hasce regulas omni diligentia studioque observandas exhibet.

1. Primum quidem quod ad sacri oratoris personam attinet, caveant huiusmodi adeo sanctum ministerium ulli concedere, qui nec sincera christiana pietate praeditus, nec fervido in Dominum nostrum Iesum Christum amore incensus sit; sine quo aliud profecto non esset orator, nisi aut aes sonans, aut cymbalum tinniens¹⁾, nec unquam verum divinae gloriae et salutis aeternae animarum zelum habere posset, qui solus et ratio impellens, et finis ultimus evangelicae praedicationis sit oportet.

¹⁾ Inter alios Clemens X., Innocentius II., Innocentius XII., Benedictus XIII. tum actis pontificiis, tum ope S. Congregationis Concilii aut S. Congregationis Episcoporum et Regularium, pro diversis temporum circumstantiis, sapientia praescripta super s. praedicatione ediderunt.

¹⁾ I. Cor. 13, 1.

Haec vero christiana pietas, sacris verbi Dei praeconibus adeo necessaria, etiam in exteriori agendi ratione fulgeat necesse est, quae cum traditis e suggestu documentis pugnare non debet; nec quidquam iidem praesferre vulgare aut mundanum; sed tales se exhibere, ut quisque illos existimet ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei¹⁾; secus enim, ut S. Thomas Aquinas animadvertit, si doctrina est bona, et praedicator malus, ipse est occasio blasphemiae in doctrinam Dei²⁾.

Cum pietate vero et christiana virtute etiam scientia sacra coniunctim socianda est; quum apprime compertum sit, atque assiduâ experientia comprobatum, praedicationem vere sapientem, rite ordinatam ac fructuosam ab iis, qui bonis studiis, praesertim vero sacris, instructi non sint, frustra expectari, eosque cuidam, qua praestant, naturali loquacitati fidentes, qui nihilum (aut parum admodum) se praeparent, pulpitem ascendere.

Hi nimirum nil aliud faciunt, quam aërem verberant, divinoque verbo contemptum irrisionemque, quin id fortasse advertant, misere conquirunt; quibus ideo iure merito convenit minax illud divinum effatum: Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi³⁾.

2. Postquam igitur sacerdos (non vero ante), quas recensuimus, dotes sibi comparaverit, tum solum Rmi Episcopi et regularium ordinum Praesules magnum divini verbi praedicandi ministerium eidem concedere poterunt; sed tamen continenter advigilantes, ut iis dicendis rebus inhaereat orator, quae sacrae praedicationi proprie conveniunt. Hae quidem res (quae materia propria sunt sacrae praedicationis) his divini Redemptoris verbis continentur: Praedicate Evangelium . . . Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis⁴⁾. Quae verba enarrans Angelicus Doctor scribit: „Praedicatores debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, et modo comminando, modo exhortando, hominibus salutaria praedicare“⁵⁾. Et S. Tridentinum Concilium: „An-

nuntiantes eis vitia, quae eos declinare, et virtutes, quas sectari oportet, ut poenam aeternam evadere et coelestem gloriam consequi valeant“¹⁾. Sed multo amplius summus Pontifex Pius IX. id declaravit haec scribens: „Non semetipsos, sed Christum crucifixum praedicantes, sanctissima Religionis nostrae dogmata et praecepta, iuxta catholicae Ecclesiae et Patrum doctrinam, gravi ac splendido orationis genere, populo clare aperteque annuntient; peculiaris singulorum officia accurate explicent: omnesque a flagitiis deterreant, ad pietatem inflamment, quo Fideles Dei verbo salubriter refecti, vitia omnia declinent, virtutes sectentur, atque ita aeternas poenas evadere et coelestem gloriam consequi valeant“²⁾. Ex quibus omnibus manifesto liquet, Symbolum, Decalogum, Ecclesiae praecepta, Sacramenta, virtutes et vitia, varia hominum officia pro conditionis cuiusque varietate, hominis novissima, aliasque huius generis aeternas veritates ordinariam debere sacrae praedicationis materiam constituere.

3. Atque haec gravissima argumenta a multis divini verbi praeconibus indignum in modum negliguntur: qui quidem quaerentes quae sua sunt, non quae Iesu Christi, ac probe noscentes, hasce materias ad popularem auram, quam expetunt, sibi conciliandam magis prae aliis idoneas nequam esse, eas omnes, praesertim in concionibus quadragesimalibus et quibusdam aliis celebrioribus anni solemnitatibus, consulto praetereunt, unaque cum rebus earum nomina permutantes, antiquis concionibus novum aliquod genus praedicationis sufficiunt, quas morales collationes, falso sensu acceptas, vocant; quibus mens auditorum, vel potius phantasia, otiose permulceatur, non vero voluntas salubriter permoveatur pravique refoventur mores. Hi nimirum non advertunt, conciones quidem morales omnibus, polemicas vero collationes plerumque paucis prodesse; atque hos ipsos paucos, si acuratius fuerint bonis moribus instructi, seu si diligentius adiuti, quo maiori castitate, animi demissione atque obedientia erga Ecclesiae auctoritatem praediti sint, id unum sufficeret, ut mentem innumeris contra Fidem erro-

¹⁾ I. Cor. 4, 1.

²⁾ Comment. in Matth. 5.

³⁾ Os. 4, 6.

⁴⁾ Matth. 28, 20.

⁵⁾ L. c.

¹⁾ Sess. V. c. 2 de Ref.

²⁾ Lit. encycl. 9. Nov. 1846.

ribus immunem et ad veritatis lucem suscipiendam paratiorem haberent; errores enim circa Religionem, praesertim inter catholicos populos, magis ab effraenatis animi cupiditatibus, quam a quibusvis mentis aberrationibus plerumque originem ducunt. Iuxta quod scriptum est: De corde exeunt cogitationes malae... blasphemiae...¹⁾ et in Psalmo²⁾: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. „In corde suo, inquit regius Psaltes (sapienter hic adnotat S. Augustinus), non vero in mente sua.“

4. Nec vero ideo collationum polemicarum usum damnandum existimamus, quae si recte perficiantur, et ipsae admodum utiles, imo etiam necessariae, tot inter errores contra Religionem quoque sparsos, quandoque esse possunt. Sed omnino a christianis suggestibus vaniloquia illa arcenda sunt, quae de theoreticis potius rebus, quam practicis, pertractant; de civilibus potius, quam religiosis; maioris videlicet speciei, quam fructus; quae proinde ephemeridum palaestris, aulisque academicis apta forte erunt, at vero a loco sancto prorsus absona.

Quod vero ad illas polemicas collationes attinet, quae Religionis ab adversariorum impugnationibus defensionem spectant, sunt eae quidem identidem necessariae, at cuiusvis humeri onus non sunt, sed solummodo robustiorum. Imo ipsi maxime strenui oratores magnā debent prudentiā uti; huiusmodi enim apologiae in iis tantummodo locis iisque temporibus, atque iis auditoribus faciendae sunt, qui vere illis egeant, et a quibus aliquod spirituale emolumentum reipsa sperari possit; cuius rei iudices maxime omnium competentes, locorum quorumlibet Episcopos esse manifeste patet. Has vero apologias eā decet ratione fieri, ut earum demonstratio in doctrina sacra potius, quam in humanis seu naturalibus argumentis, solidissime fundetur; tali demum sapientiā ac perspicuitate elaborari, ut periculum evitetur, ne in quorundam auditorum mentibus altius defixi errores inhaereant, quam oppositae veritates, magisque percellant animos obiecta, quam responsa. Praesertim vero cavendum est, ne frequentior, quam par est, harum collationum usus aestima-

tioni noceat et desiderio moralium concionum, quasi vero istae inferioris ordinis ac minoris momenti sint, quam polemicae, ac proinde praedicatorum et auditorum vulgo relinquendae; dum contra omnino constat, moralem praedicationem fidelium universitati longe maxime necessariam esse, nec nobilitate a polemica vinci; ac proinde etiam valentiores et celebriores oratores in auditorum conspectu quantumlibet electissimo ac frequentissimo hanc deberent, saltem aliquando, sincero zelo exercere. Quod nisi fiat, frequentes isti auditores semper de erroribus disserere audient, qui saepe numero in iis, qui intersunt, nequaquam reperiuntur; nunquam vero de culpis vitiisque, quae in hisce potius auditoribus, quam fortasse in aliis, profecto vulgaribus, abundare solent.

5. At vero si plerique in thematum tractandorum selectione abusus deflentur, plerique alii et quidem haud minus graves, sunt in ipsa thematum tractatione deplorandi. Circa quam haec praeclara documenta tradit idem S. Doctor Aquinas¹⁾: „Ut vere sit lux mundi, tria debet habere praedicator verbi divini: primum est stabilitas, ut non deviet a veritate; secundum est claritas, ut non doceat cum obscuritate; tertium est utilitas (seu recta intentio), ut quaerat Dei laudem, et non suam.“ Sed heu! triste infortunium! Plerarumque hodie concionum forma non solum ab evangelica perspicuitate et simplicitate longe abest, quam illa constanter praeseferret, sed etiam obscuris ambagibus tota obvolvitur, et in abstrusis argumentis, communem populi captum excedentibus, versatur, ut illud propheticum effatum in mentem subeat hic opportune repetendum: Parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis²⁾.

Quod autem peius est, ille divinus character concionibus abest, ille christianae pietatis habitus, illa S. Spiritus unctio, per quam praeco evangelicus semper de se ipso profiteri et possit et debeat: Sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis³⁾. Hi contra persuasibilibus humanae sapientiae verbis ferme unice

¹⁾ Matth. 15, 19.

²⁾ 13, 1.

¹⁾ L. c.

²⁾ Thren. 4, 4.

³⁾ I. Cor. 2, 4.

innixi, verbum Dei parvi aut nihili pendunt, sacram videlicet scripturam, quae quidem praecipuus sacrae eloquentiae fons sit oportet, quemadmodum summus Pontifex super Cathedram Petri sedens, nuper gravissimis verbis, quae huc referre opportunum putamus, edocebat: „Haec propria et singularis Sacrarum Scripturarum virtus a divino afflatu Spiritus Sancti profecta, ea est, quae oratori sacro auctoritatem addit, apostolicam praebet dicendi libertatem, nervosam victricemque tribuit eloquentiam. Quisquis enim divini verbi spiritum et robur eloquendo refert, ille non loquitur in sermone tantum, sed et in virtute, et Spiritu Sancto, et in plenitudine multa¹⁾. Quapropter ii dicendi sunt praepostere improvideque facere, qui ita conaciones de Religione habent, et praecepta divina enunciant, nihil ut fere afferant, nisi humanae scientiae et prudentiae verba, suis magis argumentis, quam divinis innixi. Istorum scilicet orationem quantumvis nitentem luminibus, languescere et frigere necesse est, utpote quae igne careat sermonis Dei, eandemque longe abesse ab illa, qua divinus sermo pollet virtute: Vivus est enim sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus²⁾. Quamquam hoc etiam prudentioribus assentiendum est, inesse in sacris Litteris mire variam et uberem, magnisque dignam rebus eloquentiam: id quod Augustinus pervidit, diserteque arguit³⁾, atque res ipsa confirmat, et praestantissimorum in oratoribus sacris testimonium, qui nomen suum assidue SS. Biblicorum consuetudini, piaque meditationi se praecipue debere, Deo grati affirmarunt⁴⁾.

6. En igitur sacrae eloquentiae potissimus fons, sacra Biblia. Sed isti Evangelii praecones dicti, temporum nostrorum ideis ac moribus imbuti, neglecto per summum nefas fonte aquae vivae ex humanae sapientiae cisternis dissipatis suam eloquentiam hauriunt potius, quam divinitus inspiratas sacrorum librorum sententias afferant, aut sanctorum Patrum aut Conciliorum auctores

quamplurimos, eosque profanos, novissimos, atque etiam viventes testes adducunt: quorum sententiae affatim ambiguas interpretationes, et quandoque etiam valde periculosas, saepe admittunt. „Est etiam pessimus sacrae eloquentiae abusus, religiosa themata unice ob praesentis vitae rationes, quin de futura vel mentio fiat, passim pertractare, commoda recensere a christiana Religione mundo allata, et officia dissimulare, divinum Redemptorem ut egregium ψιλάνθρωπον pingere, et eius, ut iudicis aeterni, iustitiam praeterire.

Exiguus exinde huiusmodi praedicationis fructus, ex qua forte mundanus quisque homo persuasus exit, se, quin mores corrigat, dummodo in Christum credat, probum christianum fore¹⁾.

Sed quid istorum hic fructus refert? Hic profecto non est id, quod ipsi in primis expetunt; auditoribus blandiri exoptant, quibus pluriunt aures²⁾; et dummodo templa stipata videant, eorum parvi interest animas fructu vacuas permanere. Proinde numquam de peccato disserunt, numquam de hominum novissimis, numquam denique de aliis veritatibus gravissimis, quae auditores salubriter contristare ad poenitentiam possent³⁾; sed solummodo placentia loquuntur⁴⁾; atque hoc idem faciunt eloquentiâ quadam potius tribunitiâ, quam apostolicâ; magis profana quam sacrâ, quae complures manus plaususque ipsis comparat, a S. Hieronymo graviter reprobato, cum ad Nepotianum scriberet: Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur; auditorum lacrymae laudes tuae sint. Ex quo fit, ut eorum praedicatio, ita in templo, sicut alibi, theatri quadam aurâ circumfusa appareat, quae eam omni sacro caractere expoliat omnique spiritali efficacia destituit. Exinde item in populo, imo etiam in plerisque e Clero, adeo depravatus gustus divini verbi, et exurdatum palatum; exinde tandem piorum scandalum, perversorum atque incredulorum nulla aut parva emendatio, qui quamvis interdum in templa, huiusmodi placentia verba audiendi causa, praesertim vero si sonoris illis ac

¹⁾ I. Thess. 1, 5.

²⁾ Hebr. 4, 12.

³⁾ De doctr. Chr. IV, 6, 7.

⁴⁾ Lit. encycl. de studiis S. Script. 18. Nov. 1893.

¹⁾ Card. Bausa, archiep. Florent. ad jun. cler. suum, 1892.

²⁾ II. Tim. 4, 3.

³⁾ II. Cor. 7, 9.

⁴⁾ Is. 30, 10.

magnificis nominibus civili progressu, patria, recenti nostrorum temporum scientia, aliisque id genus, allecti fuerint, profuse confluant, postquam oratorem fragoris plausibus fuerint prosequuti, oh! iste, aientes verum ac legitimum concionandi callet modum! e templo exeunt, quales illuc intraverant, sicut Iudaei, qui omnes quidem mirabantur, sed non omnes convertebantur¹⁾.

7. Haec igitur S. Congregatio quum, supremis Romani Pontificis praeceptis obtemperans, tot tamque gravibus sacrae praedicationis corruptelis consuetudine inductis remedium afferre omnino velit, omnes Rmos Italiae Episcopos, generales coenobitarum Praesules atque omnes ecclesiasticorum coetuum Rectores compellat, ut in easdem apostolica animi fortitudine insurgant, atque iisdem penitus extirpandis sedulo dent operam.

Itaque memores, se iuxta sacrosancti Concilii Tridentini praescriptum²⁾ viros idoneos ad huiusmodi praedicationis officium assumere adstrictos esse, hac in re quam maximam diligentiam curamque adhibeant. Si quidem sacerdotes designandi ad suam ipsorum dioecesim pertineant, iis adeo augustum ministerium, nisi prius, sive per examen, sive alio quolibet opportuno modo, de vita, de scientia, de moribus comprobati fuerint,³⁾ nequaquam concedant. Si vero illi ad aliam dioecesim spectent, neutiquam Episcopi in sua concionaturos admittant, praesertim vero occurrentibus quibusdam solemnioribus anni solemnitatibus, nisi proprii Episcopi seu Praesulis literas ostendat, quae et sacerdotem bonis moribus praeditum et huic officio idoneum esse testentur.

Generales item cuiusvis religiosi Ordinis, Societatis, Congregationis Praesules nemini e sacer-

dotibus sibi subditis publice concionari, in scio loci Episcopo, permittant; eoque minus decet, traditis testimonialibus literis illos quoquo mittere, ut Episcopis se sistant, nisi prius accurate inquisierint, et certissime optimam noverint sacerdotum eorundem et moralem vivendi, et consuetam concionandi rationem.

Si vero cuiuslibet dioecesis Episcopus, postquam aliquem sacerdotem, literis huiusmodi a suis commendatum ad Dei verbum praedicandum in propria dioecesi exceperit, eumque deinceps in sacro ministerio peragendo ab normis monitisque hic per nos traditis aberrantem conspexerit, opportune primum eundem admoneat, ut si fieri possit, quam primum resipiscat; quod nisi sufficiat, ab officio illico removeat, poenis etiam canonicis, si necessitas urgeat, adhibitis.

Ceterum quoniam haec S. Congregatio Smorum Episcoporum, et Praesulum religionis quibusvis Ordinibus praepositorum, diligentiae ac zelo se tuto fidere posse probe novit, idcirco per ipsos praecipue fore confidit, ut haec nova recensque Dei verbum annunciandi, seu potius adulterandi, ratio quam primum reformatam se prodatur, et sacra ipsa praedicatio, vanis verborum lenociniis amotis, Augusto ac nativo suo splendori, supernaturali simul efficacia denuo suscepta, in Dei laudem, aeternam animarum salutem, ac spiritualem Ecclesiae totiusque christiani Orbis utilitatem, tandem aliquando restituatur.

Romae, ex Scribarum Curia Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis dignoscendis expediendisque praepositae, die XXXI. Iulii, anno MDCCCXCIV.

Isidorus Card. Verga, Praefectus.

Aloisius Trombetta, Pro-Secretarius.

¹⁾ S. August. in Matth. 19, 15.

²⁾ Sess. V. cap. 2. de Ref.

³⁾ C. T. l. c.

16.

Decretum Generale Anniversarii Dedicationis Ecclesiae.

Ad omnes in posterum controversias circa Anniversarium Dedicationis Ecclesiae penitus evellendas, S. R. C. in Comitibus pro nova Collectione authentica Decretorum evulganda, subsignata die ad Vaticanum habitis, statuit ac declaravit: I. Dedicationem Ecclesiae, eiusque proinde Anniversarium, esse festum Domini. II. Hinc Ecclesiae propriae Anniversarium, iuxta Rubricas solemnius et primum, aliis quibuscumque locorum festis, etiam Patroni aut Titularis, esse per se praeferendum, tam in occursum quam in concursu; permitti nihilominus, ut Patroni festum, cuiuscumque sit personalis dignitatis, ratione feriacionis praedicto Anniversario praeferatur. III. Anniversarium vero Dedicationis Ecclesiae non propriae, uti secundarium habendum esse, et si cum aliis quibuscumque festis occurrat vel concurrat, servandas esse Rubricas et Decretum Gen. super primariis et secundariis festis. IV. Eiusdem autem Dedicationis Ecclesiae, sive

propriae sive non propriae, Anniversario occurrente vel concurrente cum festis solemnioribus universalis Ecclesiae, haec semper illi praevalere, personali etiam dignitate posthabita, iuxta Rubricas. V. Quamvis fixa esse debeat illa dies anniversaria Dedicationis Ecclesiae, quae infra annum a consecratione recurrit; nihilominus Episcopo Ecclesiam consecranti ius inhaerere, iuxta Decreta alias edita, aliam diem fixam, vel etiam Dominicam, dummodo in consecrationis actu, seligendi pro illius Anniversario quotannis solemnius celebrando: exceptis duplicibus primae et secundae classis universalis Ecclesiae, nec non quibuscumque Dominicis privilegiatis, et duplicibus primae classis Ecclesiarum particularium. Atque ita servari mandavit.

Die 4 Februarii 1896.

CAI. Card. **Aloisi Masella**, S. R. C. Praef.
L. † S. **A. Triepi**, Secr.

17.

Festum S. Thomae Cantuariensis ad ritum duplicem minorem pro tota Ecclesia promovetur.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, referente subscripto Cardinali S. Rituum Congregationi Praefecto, communia vota Emorum ac Rmorum Patrum Sacris tuendis Ritibus praepositorum, libenter excipiens, Festum Sancti Thomae Episcopi Cantuariensis et Martyris ad ritum duplicem minorem pro Universa Ecclesia evehere

dignatus est illudque sub praedicto ritu in Calendario Universali deinceps et in novis editionibus Breviarii Romani inscribi decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 24. Februarii 1896.

CAI. Card. **Aloisi Masella** S. R. C. Praef.
A. Triepi S. R. C. Secr.

18.

Decretum de celebranda Missa in Ecclesia aliena.

Quod Benedictus XIV. diserte docet (Op. de Beat. et Can. l. IV. p. 2. c. 2. n. 5), Missas nempe in honorem Beatorum, vel etiam Sanctorum non-

nullis Ordinibus Regularibus ex indulto concessas ab aliis Presbyteris, sive saecularibus sive regularibus, celebrari non posse, Sacrorum Rituum

Congregatio jampridem declaraverat, ac postea quamplurimis particularibus seu generalibus decretis retinuit confirmavitque.

Cum nihilominus eodem Benedicto XIV. faciente incongruum videretur, ut exteri sacerdotes ad Regularium Ecclesias die pro festo statuta confluentes aliam celebrarent Missam ab illa, iisdem Regularibus concessa: hinc factum est, ut Summi Pontifices in ipso Beatificationis Brevi indultum pro Regularibus datum ad omnes et singulos sacerdotes in praefatis Ecclesiis celebrantes extenderent.

Id autem progressu temporis consultius ac prope necessarium judicatum est, cum novae pluresque Missae iisdem Regularibus, seu etiam permultis particularibus Ecclesiis, cum Sanctorum tum Beatorum, indultae sint; ne videlicet latae super celebratione Missarum leges aut confusionem aut facilem transgressionem paterentur; nisi forte earundem observantia fere impossibilis fieret.

Quae quidem omnia cum pluries, ac praesertim in una Romana Dubiorum, in conventu habito die 23. Augusti 1890 perpensa fuissent, *Sacra Rituum Congregatio* dilata resolutione decrevit, ut ad omnem difficultatem penitus amputandam certae normae hae in re universis Sacerdotibus in singulis casibus constituerentur. Idecirco in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum subsignata die habitis *hanc generalem regulam ab omnibus servandam constituit.*

Omnes et singuli sacerdotes, tam saeculares quam regulares, ad Ecclesiam confluentes vel ad Oratorium publicum Missas cum Sanctorum tum Beatorum, etsi Regularium proprias, omnino celebrent Officio ejusdem Ecclesiae vel Oratorii conformes, sive illae in Romano sive in Regularium Missali contineantur; exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis.

Si vero in dicta Ecclesia vel Oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur, unicuique ex celebrantibus liberum sit, Missam de requie peragere vel votivam, vel etiam de occurrenti feria; iis tamen exceptis diebus, in quibus praefatas Missas Rubricae Missalis Romani vel S. R. C. Decreta prohibent. Die 9. Julii 1895.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo D. N. Leoni Papae XIII. per me subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam ejusdem S. Congregationis ratam habuit et confirmavit; Rescripta seu Decreta tum particularia, tum etiam generalia, in contrarium facientia, suprema auctoritate sua penitus abrogando.

Die 9. mensis Decembris a. 1895.

CAI. Card. **Aloisi Masella**, S. R. C. Praef.

A. Tripepi, S. R. C. Secretarius.

19.

Gesetz vom 12. Mai 1896, Nr. 101,

womit ergänzende, beziehungsweise abändernde Bestimmungen bezüglich des Verfahrens bei Geltendmachung der Rechtsmittel gegen Entscheidungen und Verfügungen der politischen Behörden getroffen werden.

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrathes finde ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1.

Recurse (Berufungen) gegen Entscheidungen und Verfügungen der politischen Bezirksbehörden sind, insofern dieselben noch einem Rechtszuge unterliegen, in allen Fällen, für welche nicht eine besondere Recursfrist vorgezeichnet ist, binnen der Frist von 14 Tagen, und Recurse (Berufungen) gegen Entscheidungen und Verfügungen der politischen Landes-

behörden unter denselben Voraussetzungen binnen der Frist von vier Wochen, von dem dem Zustellungstage nachfolgenden Tage an gerechnet, einzubringen.

Die Einbringung der Recurse kann mündlich, schriftlich oder im telegraphischen Wege erfolgen.

Der Tag der Aufgabe auf die Post oder auf das Telegraphenamt wird gleichfalls als Einbringungstag des Recurses angesehen.

Fällt der letzte Tag der Frist auf einen Sonntag oder Feiertag, so endet die Frist erst mit dem nächsten Werktag.

Über die Frage, ob der Recurs unzulässig ist oder ob derselbe verspätet überreicht wurde, hat die Berufungsinstanz zu erkennen.

§ 2.

Die Recurse sind, insoferne nicht bestehende Gesetze eine ausdrückliche anderweitige Bestimmung treffen, bei jener Behörde, welche in erster Instanz die Entscheidung gefällt hat, einzubringen.

§ 3.

Die im § 1 benannten politischen Behörden haben in ihren Entscheidungen und Verfügungen ausdrücklich bekannt zu geben, ob diese noch einem weiteren Rechtszuge unterliegen, und im bejahenden Falle die Recursfrist und die Behörde, bei welcher der Recurs einzubringen ist, ausdrücklich anzugeben.

Wird im Falle einer unrichtigen Fristbestimmung in der Entscheidung oder Verfügung der Recurs wohl innerhalb der angegebenen Frist, aber erst nach Ablauf der richtigen gesetzlichen Frist eingebracht, so ist die angefochtene Entscheidung oder Verfügung wegen mangelhafter Fristbelehrung aufzuheben, und die Hinausgabe einer, mit der richtigen Belehrung versehenen, dem neuerlichen Rechtszuge unterliegenden Entscheidung oder Verfügung anzuordnen.

Diese letztere Bestimmung hat für den Fall unrichtiger Angaben über die Behörde, bei welcher der Recurs zu überreichen ist oder darüber, ob die Entscheidung oder Verfügung noch einem Rechtszuge unterliegt, sinngemäße Anwendung zu finden.

Im Falle der Außerachtlassung der im Absätze 1 verfügten Vorschrift steht den Parteien zur Behebung dieses Mangels ein abgesonderter Recurs frei.

§ 4.

Durch das gegenwärtige Gesetz werden alle Anordnungen, welche sich auf Gegenstände dieses Gesetzes beziehen und mit demselben nicht im Einklange stehen, insbesondere die Bestimmungen des Absatzes 3 der Verordnung des Ministeriums des Innern vom 27. October 1859, R. = G. = Bl. Nr. 196, außer Kraft gesetzt.

§ 5.

Dieses Gesetz tritt mit dem Tage der Kundmachung in Wirksamkeit.

Jene Fälle, in welchen die Zustellung von Entscheidungen oder Verfügungen der Landesbehörden vor diesem Tage stattgefunden hat, sind, wenn ein Rechtsmittel noch zulässig ist, so zu behandeln, als wenn die Zustellung an diesem Tage erfolgt wäre.

§ 6.

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes ist Mein Minister des Innern im Einvernehmen mit Meinen übrigen betheiligten Ministern betraut.

B u d a p e s t, am 12. Mai 1896.

Franz Joseph m. p.

Badeni m. p.

20.

Gesetz vom 5. Juni 1896, Nr. 92,

betreffend die Befreiung von aus Anlaß Meines fünfzigsten Regierungsjahres errichteten Stiftungen und Widmungen von den Stempel- und unmittelbaren Gebühren.

Mit Zustimmung beider Häuser des Reichsrathes finde Ich anzuordnen, wie folgt:

Artikel I.

Die Errichtung von Stiftungen und Widmungsacten zu Unterrichts-, Wohlthätigkeits- und Humanitätszwecken aus Anlaß Meines fünfzigsten Regierungsjahres wird, soferne dieselbe bis Ende des Jahres 1898 plaggreifen wird oder bereits plaggegriffen hat, von den Stempel- und unmittelbaren Gebühren befreit.

Die gleiche Befreiung wird jenen Rechtsgeschäften, Schriften und Amtshandlungen eingeräumt, welche bis Ende des Jahres 1898 errichtet, beziehungsweise vorgenommen werden, um die im ersten Absätze bezeichneten Stiftungen und Widmungsacte in Wirksamkeit zu setzen.

Artikel II.

Die Regierung wird ermächtigt, die im Artikel I festgesetzten Befreiungen auch solchen aus Anlaß Meines fünfzigsten

Regierungsjahres zur Errichtung gelangenden oder bereits errichteten Stiftungen und Widmungsacten zu gewähren, welche einen sonstigen gemeinnützigen Zweck, insbesondere die Verbesserung der wirtschaftlichen und socialen Lage der Lohnarbeiter und überhaupt der minder bemittelten Volksklassen zum Gegenstande haben.

Artikel III.

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes, welches mit dem Tage seiner Kundmachung in Wirksamkeit tritt, ist Mein Finanzminister beauftragt.

P r a g, am 5. Juni 1896.

Franz Joseph m. p.

Badeni m. p.

Bilinski m. p.

21.

Gesetz vom 4. Juni 1882, Nr. 67,

enthaltend Bestimmungen über die Entbehrlichkeit der Legalisirung gewisser Unterschriften auf Tabular-Urkunden und über Erleichterungen des Beweises der Identität einer Person bei Legalisirung und anderen Beurkundungen.

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrathes finde Ich anzuordnen, wie folgt:

§ 1.

Dem gesetzlichen Erfordernisse der gerichtlichen oder notariellen Beglaubigung der Unterschriften von Privat-Urkunden zum Zwecke einer grundbücherlichen Einverleibung ist genügt, wenn die Echtheit der Unterschrift derjenigen Person beglaubigt ist, deren Recht beschränkt, belastet, aufgehoben oder auf eine andere Person übertragen werden soll.

§ 2.

Wenn die Unterschrift des Ausstellers einer Privat-Urkunde gerichtlich oder notariell beglaubigt ist, so bedarf es zum Zwecke der grundbücherlichen Einverleibung nicht der durch die §§ 434 und 445 des allgemeinen bürgerlichen Gesetzbuches, dann durch § 114 der allgemeinen Gerichtsordnung, § 182 der westgalizischen Gerichtsordnung, § 181 des Regolamento giudiziario angeordneten Mitfertigung von Zeugen.

§ 3.

Die Feststellung der Echtheit der Unterschrift auf einer Privat-Urkunde durch gerichtliche oder notarielle Beglaubigung ist nicht erforderlich, wenn diese Urkunde mit der genehmigenden Erklärung einer Behörde des Staates, eines Landes oder eines Bezirkes versehen ist, welche berufen erscheint, die Interessen Desjenigen wahrzunehmen, dessen Recht beschränkt, belastet, aufgehoben oder auf eine andere Person übertragen werden soll.

§ 4.

Wenn zu einer gerichtlichen Legalisirung Identitätszeugen beizuziehen sind, so müssen dieselben mindestens zwanzig Jahre alt, vollkommen glaubwürdig und dem Richter, welcher die Identität einer Person festzustellen hat, persönlich bekannt sein. Eine Frauensperson kann nur als zweiter Identitätszeuge beigezogen werden.

Die vorstehenden Bestimmungen sind auch für die Beurtheilung der Beschaffenheit der Identitätszeugen maßgebend, welche ein Notar zum Zwecke der Errichtung eines Notariatsactes oder der Vornahme einer Legalisirung oder einer anderen Beurkundung beizuziehen hat. Eine bei ihm bedienste Person kann ein Notar nicht als Identitätszeugen beziehen. Wird die Identität einer Person durch den zur Errichtung eines Notariatsactes oder zur Vornahme einer Legalisirung oder einer anderen Beurkundung zugezogenen zweiten Notar bestätigt, so entfällt die Beziehung von Identitätszeugen.

§ 5.

Bei gerichtlichen oder notariellen Legalisirungen, sowie bei anderen notariellen Beurkundungen kann die Beziehung des zweiten Identitätszeugen entfallen, wenn Derjenige, dessen Unterschrift zu beglaubigen ist, Legitimationspapiere, wie: Auszüge aus den Geburts- und Ehematriken, Heimatscheine, Reisepässe, Anstellungsdecrete, Immatriculationscheine, Dienstzeugnisse, amtliche Verständigungen und dergl. beibringt, deren Besitz für die Annahme der Identität des Vorweisenden mit Demjenigen, für welchen ein solches Papier bestimmt ist, spricht, und wenn sich gegen diese Annahme ein Bedenken nicht ergibt.

Das vorgewiesene Legitimationspapier ist sowohl in dem über die Amtshandlung aufgenommenen Protokolle, als in der Beurkundung genau zu bezeichnen.

§ 6.

Mit dem Vollzuge dieses Gesetzes ist der Justizminister beauftragt.

Schönbrunn, am 4. Juni 1882.

Franz Joseph m. p.

Caasse m. p.

Pražák m. p.

22.

Fahrbegünstigung für Katedeten.

Auf das Ansuchen der Bischöfe um Fahrbegünstigung für sämtliche active Seelsorgsgeistliche auf den Linien der k. k. österr. Staatsbahnen antwortete der Herr k. k. Minister für Cultus und Unterricht mit Schreiben vom 13. April

1895, Z. 626, das der Herr Handelsminister Nachstehendes eröffnet habe:

„Geistliche, welche den Religionsunterricht an einer öffentlichen oder mit dem Öffentlichkeitsrechte ausgestatteten

privaten Schule besorgen, genießen auf den Linien der k. k. österr. Staatsbahnen über von der betreffenden Schulleitung oder dem betreffenden vorgesetzten Pfarr- oder Decanatsamte bestätigte Gesuche dieselben Fahrbegünstigungen, welche den Lehrern und Professoren der Volks-, Mittel- und Hochschulen instructionsgemäß gewährt werden, nämlich die Fahrt in der I. oder II. Wagenklasse des Schnellzuges gegen Bezahlung der Personenzugsgebühr derselben Wagenklasse und in der I. und II. Wagenklasse des Personenzuges gegen Bezahlung der Gebühr für die nächst niedrigere Wagenklasse.

„Die angestrebte Ausdehnung dieser Fahrbegünstigungen auf den gesamten activen Seelsorge-Clerus würde jedoch mit dem gegenüber derartigen Ansprüchen bisher stricte und ausnahmslos beobachteten ablehnenden Verhalten im Widerspruche stehen.“

Was hiemit zur Kenntniss gebracht wird mit dem Bemerkten, dass zur Ertheilung dieser Begünstigung neben der Generaldirection auch jene Eisenbahnbetriebs-Direction berechtigt ist, in deren Bezirke der Gesuchsteller domiciliert.

23.

Eheschließung im Auslande.

Die von österreichischen Staatsbürgern während ihres zeitweiligen Aufenthaltes im Auslande mit Beobachtung der Bestimmungen des österreichischen Eherechtes eingegangene Ehe ist gültig, wenn auch dabei die Eheschließungsform des ausländischen Gesetzes nicht beobachtet wurde.

(Aus der Beilage zum Verordnungsblatte des Justizministeriums.)

A. und B., beide österreichische Staatsbürger und römisch-katholischer Religion, schlossen in Rumänien, wo sie sich blos zeitweilig aufhielten, vor dem römisch-katholischen Pfarrer mit Beobachtung der im § 74 allg. bürgerl. Ges.-B. vorgeschriebenen Förmlichkeiten eine Ehe. Nach ihrer Rückkehr nach Oesterreich beehrte A. die Ungültigkeits-Erklärung der Ehe, weil nach Artikel 151 des rumänischen bürgerlichen Gesetzes zur Gültigkeit einer Ehe erfordert wird, dass dieselbe öffentlich vor dem Standesbeamten des Wohnortes des einen Eheheiles geschlossen werde.

Beide unteren Instanzen haben gleichförmig das Begehren des A. abgewiesen, wobei die erste Instanz von folgenden Erwägungen ausgieng: Der Kläger begehrt die Ungültigkeits-Erklärung der Ehe aus dem Grunde, weil die Ehe nicht vor dem Standesbeamten, wie es das rumänische Gesetz vorschreibt, geschlossen wurde. Die Belangte gesteht, dass außer der kirchlichen Trauung in Rumänien die Ehe vor einer weltlichen Obrigkeit in Rumänien nicht geschlossen wurde. Nach den rumänischen Gesetzen soll die Ehe vor dem Standesbeamten geschlossen werden. Demungeachtet muß die Ehe als gültig anerkannt werden, weil sie nach den beiderseitigen Angaben mit Beobachtung der im § 75 allg. bürgerl. Ges.-B. vorgeschriebenen Förmlichkeiten geschlossen wurde. In den österreichischen Gesetzen sind keine positiven Vorschriften vorhanden, nach welchen eine auf solche Art geschlossene Ehe ungültig wäre. Der Grundsatz »locus regit actum«, auf welchen der Kläger einzig und allein sein Begehren stützt, hat, soweit derselbe in den §§ 4 und 37 allg. bürgerl. Ges.-B. seinen Ausdruck findet, nur eine facultative Bedeutung und besteht nur im Interesse der vertragschließenden Theile, und zwar der Art, dass den österreichischen Unterthanen bei Rechtsgeschäften, welche sie untereinander im Auslande schließen, in Bezug auf die Form dieser Rechtsgeschäfte gestattet ist, sich nach den am Orte des Vertrags-

abschlusses geltenden Vorschriften zu benehmen. Wenn aber an diesem Orte nur die von den österreichischen Gesetzen verlangte Form beachtet wurde, dann ist auch der nach dieser Form errichtete Rechtsact für die österreichischen Staatsangehörigen bindend. Diese Interpretation des Grundsatzes »locus regit actum« ist in dem Patente vom 16. Sept. 1875, J.-G.-S. Nr. 468, litera e, in der Verordnung des Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 22. Juli 1852, Z. 1954, sowie in der Verordnung des Ministeriums des Innern vom 28. October 1879, Z. 11409, zum Ausdruck gebracht, und es muß aus den daselbst enthaltenen Bestimmungen, namentlich, dass die österreichischen Staatsangehörigen betreffs der Form der im Auslande geschlossenen Ehen an die hierländischen Gesetze nicht gebunden sind, dass ihnen die Anwendung der auswärtigen Gesetze freigelassen wird, und dass die Beobachtung der auswärtigen Gesetze hinreicht, unzweifelhaft gefolgert werden, dass ihnen auch die Eheschließung nach der in den hierländigen Gesetzen vorgeschriebenen Form gestattet ist, und dass eine solche Ehe auch hierlands als gültig anerkannt werden muß. Bei dieser Sachlage ist auch die zwischen dem Kläger und der Belangten als österreichischen Unterthanen in der nach österreichischen Gesetzen vorgeschriebenen Form in Rumänien geschlossene Ehe als gültig anzusehen, und dies umso mehr, als beide Theile bei Abschließung der Ehe das österreichische Gesetz zugrunde gelegt haben (Schlußabsatz der § 37 allg. bürgerl. Ges.-B.). Wohl behauptet der Kläger, dass er bei der Eheschließung auf das rumänische Gesetz Bedacht nahm, gesteht jedoch, dass ihm die rumänischen Gesetze unbekannt waren. Hieraus, wie auch aus dem Umstande, dass beide Theile österreichische Unterthanen waren, dass ihr Aufenthalt in Rumänien nur zeitweilig war, und dass sie sich der in den österreichischen Gesetzen bei Eheschließung vorgeschriebenen Form unterworfen haben, muß gefolgert werden, dass beide Theile

in Betreff der Form und der Folgen die österreichischen Gesetze (§ 863 allg. bürgerl. Ges.-B.) in Anwendung bringen wollen. Ueberdies sind nach den Bestimmungen des § 9 der kaiserlichen Verordnung vom 19. Jänner 1855, R.-G.-Bl. Nr. 23, betreffend die Ausübung der Civilgerichtsbarkeit der k. und k. Consulate über österreichische Unterthanen im Osmanischen Reiche, welche auch für Rumänien Anwendung findet, die durch österreichische Unterthanen in Rumänien geschlossenen Rechtsgeschäfte nach den österreichischen Gesetzen zu beurtheilen, sofern bei der Abschließung nicht offenbar ein anderes Recht zugrunde

gelegt wurde. Hieraus folgt aber, daß es den österreichischen Unterthanen bei Schließung von Rechtsgeschäften, speciell im rumänischen Territorium, freisteht, sich nach den österreichischen Gesetzen zu benehmen.

Der oberste Gerichtshof hat mit Entscheidung vom 20. November 1894, Z. 12254, der außerordentlichen Revisionsbeschwerde des Klägers mit Berufung auf die dem erstgerichtlichen Urtheile beigegebenen, der Sachlage und dem Gesetze entsprechenden Gründe keine Folge gegeben.

24.

Leo-Gesellschaft.

Die Leo-Gesellschaft in Wien faßte vor zwei Jahren den Beschluß, ein auf genauen Erhebungen beruhendes Gesamtbild des socialen Wirkens der katholischen Kirche in Österreich zu entwerfen und zur Öffentlichkeit zu bringen. Dasselbe soll die Thätigkeit der Kirche nach den vier Richtungen der geistlichen Erziehung, Seilung, Leitung und Unterstützung der Menschen überhaupt, sowie der Hilfe und Rettung in geistiger und leiblicher Nothlage Einzelner umfassen.

Es leuchtet ein, daß ein solches Werk von höchster Bedeutung in zeitgeschichtlicher und apologetischer Hinsicht ist, aber auch sehr zweckdienlich genannt werden muß für die Ermuthigung und Aneiferung zu zeitgemäßer Thätigkeit im Interesse des Volkes und der Gesellschaft.

Dem Werke wurde die Diöcesan-Eintheilung zu Grunde gelegt und ist die Arbeit aus der Nachbar-Diöcese Gurk bereits in mustergiltiger Weise geliefert worden. Um das Unternehmen zu erleichtern und das Gesamt-Elaborat gleichmäßiger zu gestalten, sah sich die Leo-Gesellschaft veranlaßt, Fragebögen mit Detailfragen anzulegen, welche nun ./. im Anschluß den hochw. Pfarrämtern zugehen, damit sie mit Antworten versehen und dann zu Händen des Ordinariates an das Redactions-Comité in Laibach wieder zurückgesendet werden.

Das gefertigte Ordinariat würdigt in vollem Maße den Werth eines solchen Unternehmens für die Geschichte der Kirche im Allgemeinen und für die interessante Chronik der Heimatdiöcese im Besondern, und, indem es die Förderung desselben wärmstens befürwortet, gibt es sich der vertrauensvollen Erwartung hin, daß die hochw. Diöcesangeistlichkeit dem Unternehmen ihre Kräfte, soweit möglich unterstützend und mit Freuden widmen werde. Da aber dem Ordinariate die vielseitige Inanspruchnahme der Seelsorgspriester nicht unbekannt ist, so erscheint es empfehlenswerth, hiezu während der Ferienzeit die Mitwirkung der Alumnus des Priester-Seminars heranzuziehen.

Die Beantwortung der Fragebögen kann in einer beliebigen Sprache geschehen, zur schließlichen Verwertung derselben und Redigierung des Werkes wird in Laibach ein Comité zusammentreten, dem es obliegen soll, das Manuscript druckfertig zu gestalten und der Leo-Gesellschaft zur Veröffentlichung vorzubereiten. Letztere wahrt sich das Eigenthumsrecht des zum Verlag übernommenen Werkes, begrüßt jedoch mit Freuden eine Verbreitung desselben auch in slovenischer Sprache, sowie sie den Einzelverfassern die Freiheit der Publication ihrer Operate ohne Weiters zugesteht.

F. b. Ordinariat Laibach, am 20. Juni 1896.

25.

Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove.

Ustanova pokojnega vodje normalke, c. kr. šolskega svétnika in častnega kanonika Iv. Nep. Schlackerja za podporo ene učiteljske vdove se bode za čas od 1. avgusta 1895 do 1. avgusta 1896 zopet podelila.

Častiti župni uradi naj obvesté vdove, ki sicer ne uživajo kake ustanove, o razpisu te ustanove z opazko,

naj prosilke svoje prošnje opremijo z verjetnimi svetočbami, da so v resnici ubožne, nesvarljivega življenja in da so njihovi možje najmanj 10 let hvalevredno služili v kronovini Kranjski kot ljudski učitelji.

Prošnje se imajo vložiti do 15. septembra t. l. tu uradno pri konzistoriju.

26.

Duhovne vaje za duhovnike.

Duhovne vaje za duhovnike se pričnó letos dné 31. avgusta zvečer ter se končajo dné 4. sept. zjutraj.

Vabi se toraj častita duhovščina, da se vdeleži duhovnih vaj v prav obilnem številu. Zlasti naj se oglase oni gospodje, ki se jih že dolgo časa niso vdeležili.

Častiti gospodje duhovniki naj o svojem namenu kmalu obvesté dekanjske urade, da morejo ti tu sem poročati do 20. avgusta.

27.

Kanonično obiskovanje in birmovanje.

Kanonično obiskovanje in birmovanje bode letos: 25. julija v Spodnji Idriji, 26. julija v Idriji, 28. julija v Studenem in 29. julija na Uncu; 2. avgusta v Polhovem Gradcu; 8. avgusta v Polšniku, 9. avgusta v Št. Jurji pod Kumom, po posvečevanju ondotne cerkve; 11. avgusta

na Svibnem, 12. avgusta v Radečah, 13. avgusta v Št. Janžu, 15. avgusta v Mokronogu, 16. avgusta v Šmarjeti, 17. avgusta v Škocijanu pri Dobravi, 18. avgusta v Križevem pri Kostanjevici, 19. v Čatežu in 20. avgusta v Krškem; 6. septembra v Hrenovicah na Notranjskem.

28.

Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče tri župnije: Jesenice v radovljiški dekaniji, Draga v ribniški dekaniji in Knežak v trnovski dekaniji.

Prošnje za Jesenice je obrniti na visokočastiti knezoškofjski ordinarijat v Ljubljani; one za fari Draga in Knežak pa na visoko c. kr. deželno vladu v Ljubljani. Zadnji rok za vlaganje je 3. avgust 1896.

29.

Škofijska kronika.

Kanonično vmeščen je bil dné 31. maja t. l. č. go-spod Anton Kreiner na faro Altlag na Kočevskem.

Na lastno prošnjo sta se stalno umirovila čč. gospoda Janez Keršič, župnik na Jesenicah, in Alojzij Stare, župni upravitelj na Rovi.

Premeščeni so čč. gg. kapelani: Alojzij Kreiner iz sv. Križa pri Litiji kot župni upravitelj na Polom (Eben-thal), Gustav Koller iz Št. Jurija pod Kumom kot župni upravitelj na Babno Polje, Janez Pristov iz Črnomlja k sv. Križu pri Litiji, Janez Debelak iz Dobrnič v Krško, Viljem Mlejnjak iz Poloma v Cerklje pri Krškem, Karol Jaklič iz Fare pri Kostelu v Dobrniče, Franc Zorec iz Črnega Vrha kot župni upravitelj v Št. Vid nad Cirknico, Janez Čebašek iz Št. Vida kot župni upravitelj v Črni Vrh pri Polhovem Gradcu, Matej Rihar iz Lašič v Št. Vid pri Zatični, Janez Rihtaršič iz Mokronoga v Lašiče, Valentin

Pečnik iz Vranje Peči kot župni upravitelj v Špitalič, Frančišek Krek iz Cerkelj pri Kranju kot župni upravitelj na Vranjo Peč, Frančišek Finžgar iz Boh. Bistrice kot župniški pomočnik na Jesenice in Rudolf Gregorič iz Preddvora kot župni upravitelj v Lozice.

Kot kapelani so novonastavljeni čč. gospodje: Dr. Gregorij Pečjak v Žužembergu, Jožef Jerše v Mo-kronogu, Jožef Švigelj v Zagorju za Savo in Matija Prelesnik kot kap. vikar v Novem Mestu.

Umrli so čč. gospodje: Janez Sternad, župnik v Knežaku, 29. maja; Karol Klun, kanonik stolnega kapi-telja ljubljanskega in Rauberjev beneficij, v Budim-pešti 8. junija, in Leopold Gestrin, umirovljeni župnik v Ljubljani, 9. junija.

Priporočajo se v molitev čč. duhovščini.

Knezoškofjski ordinarijat ljubljanski dné 20. junija 1896.